Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Præcepto 103 proportio C A, ad A E. Inventa verò fuit & proportio D A, ad A B 10405. Deniq; diurnus Eccentrici ♂ est, hac Anomalia, 34′ circiter; quare C A D erit 90°. 17′, seu summa C & D erit 89°. 43′. Sic diurnus Eccentrici Solis est, hac Anomalia Solis, 58′ circ. Ergo summa E & B 89°. 31′.

Ergò Proport. minoris 10405, arcus 64°. 19′,
Complementum 25°. 19′.
Pone C eo minorem, sc. 24
Et aufer à 89.43

Erit D.	65.43	Log.	9264
Proportionem arcuum adde			10405
Erit B	55.14	Summa	19669
Summa B. E	89.31		
Erit E	34.17.	Log.	57397
Proport. Intervallorum adde			31428
		Summa	88825
Prodit C. correctior	24.17, per 17 plus habens.		
Ergo D	65.26.	Log.	9488
	Adde		10405
Erit B	55. 3	Summa	19893
Ergò E	34.28.	Log.	56929
	Adde		31428
Prodit C. adhuc correctior		Summa	88357
	24.25, per 8 plus habens.		

Cùm autem 8 sit semissis de 17 priori correctione, patet, si in repetitionibus pergamus, nos per semisses correctionũ ultimarũ venturos ad 24°. 29′, 24°. 31′. Hic est angulus C correctus, quod licet probare. Sit C 24.31
Summa C. D 89.43

Ergo D	65.12.	Log.	9676
	Adde		10405
Fit B	54.53½	Sum.	20081
Summa B. E	89.31		
Ergò E	34.37½	Log.	56528
	Adde		31428
Fit C. correctus	24.31	Summa	87956

Cùm ergò C. sit inventus 24°. 31′, & E 34°. 37½′, sublatò illo ex hoc, restabit C A E vel A S O 10°. 6½′. Et Angulus Commutationis, qui stante hac proportione Intervallorum & arcuum, stationarium exhiberet Planetam, 169°. 53½′.

Sic in altero Exemplo, in quo Mercurius ponitur in Aphelio, Intervalli curtati Logarithmo + 75782. Et Sol similiter in Apogæo, Intervalli Logarithmo — 1784, ut sit proportio Intervallorum 77566: Arcuum verò diurnorum Eccentri proportio inventa fuit 30077. Deniq; Planetæ Apheliy diurnus Eccentrici est 1°. 41′. 30″. Ergò summa duorum B. C (quia Planeta Sole inferior, concipitur in O, Terra in A) est 88°. 18′. 30″: Summa C. D, Sole in Apogæo versante, est 89°. 30′. 44″. Et cùm proportio Intervallorum ut Log-us, ostendat angulum 27. 25, ponatur C minor.

Sit C	20		
Summa C. D	89.30.44.	Log.	6535
Proportionem Arcuum adde			30077
Fit B	43.54	Summa	36612
Summa B. E	88.18.30		
Fit E	44.24.30.		
E	44.24.30	Log.	35701
Proport. Intervallorum adde			77566
Prodit correct. C.	18.54	Summa	113267
Esset ergò D	70.36.44.	Log.	5838
Fit B	44.17	Summa	35915
Esset E	44. 1.30.	Log.	36388
Prodit cor. C.	18.39.36	Summa	113954

Cùm prima correctio demserit de positione 66. secunda 14½, erit ut 66 ad 14½, sic hoc ad 3 circiter, & fiet

C.	18.36		
D.	70.54.44	Log.	5655
Addita proportione Arcuum			30077
Fit B	44.23.26	Summa	35732
Et E	43.55. 4	Log.	36582
Addita proportione Intervallorum			77566
Prodit cor. C.	18.37.30	Summa	114148

Apparet ergò C. esse 18.38, & D 70.52.44. & E 43°. 58′, eóq; C A E vel A S O 25°. 20′. Itaq; Angulus Anomaliæ coæquatæ quæsitus erit 154°. 40′.

ALIA FACILIORI VIA COMMUTATIONIS ANGULOS illos addiscere, in quibus, stante unaqualibet proportione Intervallorum, fiunt Stationes; idque præterpropter.

METHODO jam tradita, computavi Tabellas, subjeciq; Latitudinariis Tabulis in singulis Planetis, in quibus ad sinistram sunt, Anomaliæ Eccentri, in Saturno, Jove, Venere, quadrantes, in Marte, Mercurio etiam Sextantes, & Unciæ aliquæ; in area Commutationum anguli, tàm ad Primas, quàm ad Secundas Stationes conficiendas. Non possunt enim hi anguli in eâdem quantitate Stationem utramque conficere, quia non idem manet in utraq;, Solis Intervallum à Terrâ: ut est quidem hodie Apsidum inter se dispositio per Zodiacum. Compara ergò Anomaliam Eccentri, quæ tibi versatur sub manibus, cum positis in Tabellis, & secundùm earum excessus vel defectus, etiam areas excerptas conforma ex æquo & bono: eámque, si accuratè agendum est, ut in Ephemeridum scriptione, per doctrinam traditam emenda. *Tabb. fol. 53. 59. 65. 71. 77.* PRÆCEPTUM 105.

QUO PACTO SINT DISCERNENDÆ STATIONES, PRIMA & Secunda: item, quomodo cognoscamus, recténe sumptus sit diurnus arcus & distantia Solis à Terrâ, in operatione præcepti prioris? PRÆCEPTUM 106.

ANgulum Comutationis inventum, pro Superiorũ quidẽ Primâ Statione indagãdâ, addemus ad ipsam Anomaliã coæquatã planetæ, pro Secũdâ Statione auferem⁹ ab illa: pro *Præcepto 104. 105.*